SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

In Dei nomine amen. In hoc qui sequitur libro anotabuntur per me Placentinum [illegible] ad presens Cancellarium et ludi magistrum Terre S. Gemini electum deputatum et iuratum sive per nuntium fidum omnes ordinationes reformationes factas per publicum Concilium sive per partem eius ab eis deputatos eiusdem Terre et omnes et singule scripture ad officium Cancellariatus spectantes. Incipiendo die octavo Augusti 1545. Sedente Paulo divina providentia Papa tertio indictione 3. et Regnantibus Ex.mo Duce Graviine et Ill.mo Domino Johanne Antonio Ursino dicte Terre S. Gemini perpetuis dominis et patronis optimis, quorum fama niter pulsat utrumque polum.

6 sett. 1545

Die sexto Mensis septembris MDXXXXV

Congregato publico et generali concilio universitatis et hominum Terre S.ti Gemini in palatio publico dicte Terre ad sonum campani solito de more et mandato et commissione Ex.mi D. Locumtenentis et Mag.corum D. P. eiusdem Terre heri bandito et hodie relato per Pelle P. B. per loca solita et consueta (ut mihi retulit). In Primis omnipotentis dei eiusque matris marie divino implorato auxilio per me infrascriptum cancellarium sub inde lecta fuerunt alta voce infrascripta proposita super quibus liceat cuicumque astanti consulere et fideliter arengare.

1 Super reparatione hospitalis S.ti Bartholomei
2 Super denariis soluendis D. C. taglioni instanti
3 Super tratta frumenti et eius ordinationem
4 Super cerdonibus fabris ferrariis et artocopis Pretio imponendo

Electi ad reparationem abbatie S.ti Barth.

Mag.cus D. Sebastianus Milanesius unus ex consiliariis in dicto concilio existens postquam se contulit eo ubi consuli solitum est prudenter consulendo dixit Christi prius nomine innocato ut Mag.ci D. P. presentes et futuri una cum is hominibus iam nunc electis autoritate presentis concilii S. Joanne Christophoro Petro Ludovico Arronio et Pasquagnolo Joanis Pieri simul cum factoribus hospitalis S.ti Bartholomei assumant providentiam istam in dictum hospitale et eiusdem loca cum plena authoritate et libera administratione, interim donec et quousque dictum hospitale sive abatia fuerit bene instaurata bonorum eiusdem loci nihil possit alienari ulla alia de causa preterquam supra dicta. Quod partitum cum confirmatione Petri Ludovici Arronii et Marioti Lamperoni nichi etobtentum [illegible]

Bona S.ti Barth.mi non alienentur nisi per eius fabrica

Archivio Storico
Comune di San Gemini - TR
Reg. C. 37, c. 83r

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR